Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fundi: panem eius. Confidit in ea cor viri sui: et spo-
lis non indigebit. Reddet ei bonum et non malum:
omnibus diebus vite sue. Quesivit lanam et linum
et operata est consilio manuum suarum. Facta est qsi
navis institoris de longe portans panem suum. De
nocte surrexit: deditq; predam domesticis et cibaria
ancillis suis. Considerauit agrum et emit eum. De
fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit for-
titudine lumbos suos: et roborauit brachium
suum. Gustauit et vidit quia bona est negotiatio eius:
non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam
misit ad fortia: et digiti eius apprehenderunt fusum. Ma-
num suam aperuit inopi: et palmas suas extendit
ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribus nivis
Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stra-
gulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indu-
mentum eius. Nobilis in portis vir eius: quando sede-
ret cum senatoribus terre. Sindonem fecit et vendidit: et
cingulum tradidit chananeo. Fortitudo et decor indu-
mentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum
aperuit sapiencie: et lex clemencie in lingua eius
Considerauit semitas domus sue. Et panem otiosa
non comedit. Surrexerunt filii eius et beatissimam pre-
dicauerunt: vir eius et laudauit eam. Multe filie con-
gregauerunt diuicias: tu supergressa es universas. Fal-
lax gratia et vana est pulchritudo. Mulier timens do-
mini ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum et lau-
dent eam in portis opera eius. Gpe tua. Illa. Diffusa e gr

In illo tpe. Loquente ihu ad tur summacheum. IZ
turas: ecce mater eius et fres stabant foris querentes lo-